

I. FORTVNA ILL. GYMNASII SCHLEVSING.

a IX. Jun. 1696 -- IX. Jun. 1697.

- I. d. IX. 1696. ex mandato REVERENDISS. ac SERENISS. PRINCIPIS & NVTRITORIS,
DN. MAVRITII GVILIELMI, postulati Administratoris Episcopatus Numburg. Ducis Saxoniae &c.
Directoris t. t. Gymnasi longe Indulgentissimi, solenni ritu in Gymnasium a Dn. Ephoro, superius cum
veneratione dicto, introduci sunt noui superiorum duarum Classium Praeceptores: Rector, M.
Godofredus Ludouici, e Lusatia superiori oriundus, & antehac ConR. Scholae Senatoriae Lipsi-
ensis, & ConRector, Dn. M. Christianus Luncker, Dresdensis. Tum vero emisit Dn. Ephorus pro-
gramma luculentum, quo historia Gymnasi traditur. .
- II. d. XX. Jul. a. e. inchoatum & d. XXVII. Jul. finitum est Examen Gymnasi anniversarium sub
- Directorio SERENISS. PRINCIPIS, DN. BERNHARDI, DUC. SAX. &c. NVTRITORIS itidem
multo lenissimi, Examinatoribus Dn. Ephoro Meiso & Rectore M. Ludouici.
- III. Dn. Ephori Meisi Disputationes intra hoc annum tempus habitae, & in quibus opponendi quo-
que sparta suscipitur a Reuer. Ministerio, vrbis & dioceſeos, nec non Collegio Scholastico, fuerunt:
I. d. 8. Jul. 1696. de peccato actuali, ex Jacob. IV, 17. resp. Io. Samuel Schad Kündorf. II. d. 30. Sept. a. e.
de libero Arbitrio, ex Ezech. XI, 19. resp. Io. Conrad Albrecht, Albrechtens. III. d. 9. Dec. a. e. de Lege, ex Le-
vit. XVIII, 1. resp. Mauritio Zastro, Nob. Franc. IV. d. 17. Mart. 1697. de Euangelio ex Es. LII, 7. resp. Io.
Salomone Weber, Virnauiens.
- IV. Rectoris M. Ludovici disputationes publicae fuerunt: I. d. 13 Jun. 1696 in Oratorium Logicam, resp.
Christian. Sigmund. Goebelio, Ostheim. II. d. 6 Mart. 1697 in Curiosa quaedam Philologica, resp. Io. Sa-
muel Schad Kündorf.
- V. Actus Oratorii publici a Rectore M. Ludouici produciti, hi sunt:
- I.) d. 16. Jun. 1696. in Laetitiam Gregorianam. Atque tum dixerunt: α) de immortali Patrono-
rum Scholae, in primis B. GEORGII ERNESTI gloria, Michael Zach, Linck, Dingsleb. β) de muneri-
bus pietatis & gratitudinis, quibus SER. NVTRITII coli debent, Christian Drechsler, Schleusing. γ) in
Aduentum PRINCIPIS gratiosissime urbi promissum, Carmine Germanico, Mauritius Zastro, Nob. Fr. δ)
Prologi & Epilogi munere fungebatur Carol. Günth. Förster, Schleus. Vid. progr. Rect. I.
- II.) d. 26. Nou. 1696. de Pace. α) de Pace Ecclesiastica orat. Lat. differuit Michael Moses Manitus, Rammou.
Luf. β) de Pace Politica, orat. Graeca, Iustinus Schauer, Schleusing. γ) de Pace Oeconomica, Carmine,
Latino, Io. Caspar Reinhardt / Schleus. Additae sunt Initiationi Odae typis impressae.
- III.) d. 26. Mart. 1697. de Hebdomade Magna. α) hebdomadam magnam historice & orat. Latina vi-
dit Martinus Krech, Wasung. β) de superstitione hebdomadae M. celebratione dixit Io. Christoph Schuckel,
Heinrichs. γ) Adhortationem Graecam ad piam hebdomadae M. celebrationem fecit Io. Immanuel Schad/
Schleus. δ) Prologi & Epilogi personam gessit Io. Christoph Nicolai, Illeb. Miss. vid. progr. R. II.
- IV.) d. 4. Maj. 1697. in Gregoriano Feste de beneficiis palam & secreto dandis ex Sen. II. de be-
nef. c. 9. α) de beneficiis tacite & secreto dandis verba fecit orat. Graeca Frid. Abr. Müller, Schleus. β)
de beneficiis palam dandis, Orat. Lat. Io. Christoph Stelzner, Schleus. γ) de grato animo SER. NVTRI-
TORIBVS exhibendo, orat. Hebraea, Io. Nicol. Junglaß Schleus. δ) Prologi & Epilogi munus efficit
Io. Frid. Kern, Schleus. vid. progr. R. V.
- VI. Actus Valedictorii, s. eorum, qui ad Academias abierte, quoque tempore ipsi discendentes themata sibi
sumunt orationum:
- I.) d. 30. Mart. 1697. α) de Nobilium studiis dixit Mauritius Zastro, Nob. Fr. β) de laude Christi, Patro-
ni pauperum, Io. Conrad Albrecht, Albrechtens. vid. progr. R. III.
- II.) d. 29. April. 1697. α) de Comoediis ultima fecit verba Io. Salomon Weber, Virnau. β) de Musica An-
gelorum, Christian Drechsler, Schleus. γ) de peregrinatione, Georg Adam Haufft/Schleus. δ) de fon-
te soterio Rastenburgico, Michael Peter, Seligenthal.
- VII. d. 4. Maj. 1697 festum Gregorianum more olim solito, sed ob belli tempestates hactenus in-
termisso, celebratum est, episcopi personam gerente Io. Salomon Wittauero, Schleusing.
- VIII. dd. 26 & 27 Maj. a.e. duas comoedias Cl. Weisu in theatro, ex pecunia aerarii scholastici recens ex-
structo, Gymnasi iuuentus egit, np. α) die beschützte Unschuld β) den bavrischen Machiauem.
- vid. programma R. Germ.
- IX. Nouitii LXI. hoc intra tempus albo Gymnasi adscripti sunt. Supra dicti VI. cines orationibus
publicis valedixerunt. Ad examina Academica, quibus in studiorum scholae maturitatem inqui-
ritur, missi sunt sequentes: d. 27 Mart. 1697. Mauritius Zastro & Io. Conrad Albrecht, ad Dn.
Ephorum, qui nomine Ill. Synedrii Cicensis agit: d. 4. Jun. a. e. Meiningam ad Ill. Confessum Io. Samuel
Schad & Mich. Zach. Linck. d. 6. Jun. a. e. Vinariam ad Ill. Confessum, Christian Sigmund Goebel.
- X. Ut caeterorum Legatorum distributiones peractae sunt: ita ex Lebzelteriano, Abesseriano, Werne-
riano & Schottiano, d. 1. Octob. 1696. discipuli pauperiores superiorum Classium pro 78. floren.
libros acceperunt. Fiseus Chori Musui habuit 162. fl.

II.

FORTVNA ILL. GYMNASII SCHLEVSING.

a IX. Jun. 1697 -- IX. Jun. 1698.

- I. d. XIX. Jul. 1697. sub Directorio SERENISS. PRINCIPIS, DN. BERNHARDI, DUC. SAXONIAE &c. NVTRITORIS clementissimi, inchoatum est Gymnasi examen & d. XXVII Jul. fini-
tum, Examinatoribus supra commemoratis.

II.